



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 39. Initia controversiarum inter Dominicanos, & Jesuitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Cum Gregorius XIII. Theologicæ Facultatis Parisinæ judicium circa Calendarii emendationem exquisivisset, hinc sub nomine hujus Facultatis quoddam ad Papam responsum prodiit, cujus tamen stylus adeo est inconcinnus, ejusque rationes adeo frivolæ, ut illud a Facultate emanasse, credi haud possit, saltem ea inscia illud fuisse divulgatum videtur, quinimo censent nonnulli, quod Facultas hac super re nullam habuerit deliberationem, nam nullum extat de hoc argumento sacri Ordinis monumentum.

Sæcul. XVI.
A.C. 1582.

Argentre
coll. jud.
t. 2. p. 453.

§. XXXIX.

Initia controversiarum inter Dominicanos, & Jesuitas.

Anno priori Prudentius de Monte-Major Jesuita per quandam Thesin, quam *Majorem* vocant, in Salmanticensi Universitate sententiam Fratrum Prædicatorum circa prædeterminationem actionum liberarum, & futurarum impugnabat, quapropter Dominicus Banesius ex ordine sancti Dominici, aliique Fratres Prædicatores in hunc Theologum insurgent, ac sexdecim propositiones, quas ex ejus Thesibus decerpserant, ad judicium supremi Inquisitoris deferebant: insuper mox plures Theologicæ Facultatis Doctores Salmanti-

Argentre
tom. I.
p. XXXIX.
in append.

Sæcul. XVI. A.C. 158. manticenses hæc propositiones, prout erant expositæ, tanquam temerarias, atque erroneas damnabant, supremus tamen Inquisitor Vallisoletanus, cum eas Prudentio falso attribui crederet, illas damnare recusabat. Hoc erat initium, atque origo controversiarum, quæ inter Fratres Prædicatores, & Jesuitas exortæ diuturno tempore ferebantur.

§. XL.

Decretum Gratiani jussu Gregorii XIII. typis impressum.

Argentv. l.c. *Dovias hist.* *du droit* *Canon. Baluz in præf.* *Ant. August.* Interea in corrigendis erroribus, qui in Gratiani Decretum irreperant, longum infumebatur tempus; cum enim hic Auctor ipsa Concilia, Pontificum decreta, ac Patrum opera non ex ipso fonte hauserit, hinc ipsum pluribus in locis hallucinatum fuisse, ac non raro unius Concilii canonem, vel unius Patris textum alteri attribuisse deprehendebatur, atque observabatur, quod tanquam monumenta minime dubia quasdam retulerit Pontificum epistolas, quæ tamen ab Isidoro Mercatore Canonum volumini insertæ fuerunt sub nomine sancti Clementis, aliorumque Romanorum Pontificum, qui in tribus primis sæculis floruerunt: hinc corrigendo huic operi varii Scriptores suam operam